Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

corporis amiserunt. non quocumque ierit. sed quousque ipsi potuerint. possunt autem ubique preter eum indecore uirginitatis incedere.

Beati pauperes spiritu. imitamini eum qui propter uos pauper factus est cum diues esset. Beati mites. imitamini eum qui dixit. discite a me quia mitis sum et humilis corde. Beati lugentes. imitamini eum qui fleuit super hierusalem. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. imitamini eum qui dixit. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me.

Beati misericordes. imitamini eum qui uulnerato a latronibus et in uia iacenti semiuiuo desperatoque subuenit. Beati mundi cordes. imitamini eum qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Beati pacifici. imitamini eum qui pro suis persecutoribus dixit. pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. imitamini eum qui pro nobis passus est relinquens nobis exemplum ut sequamur uestigia eius. Hec qui imitantur. agnum secuntur. Sed certe etiam coniugati possunt ire per ista uestigia. et si non perfecti in eadem forma ponentes pedes. uerumtamen in eisdem semitis gradientes. Sed ecce ille agnus graditur itinere uirginali. quomodo post eum ibunt qui hoc amiserunt. quod nullo modo recipiunt. Vos ergo uos ite post eum uirgines eius. uos et illuc ite post eum. quia propter hoc unum quocumque ierit sequimini eum. Mattheum. In illo tempore. Dixit dominus Iesus discipulis parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem uirginibus que accipientes lampades suas. exierunt obuiam sponso et sponse. Et reliqua.

Quia Ex utroque sexu fidelium Omelia B. Gregorii pape. multitudo colligitur sancta ecclesia decem uirginibus similis denuntiatur. in qua quia mali cum bonis et reprobi cum electis admixti sunt. recte similis uirginibus prudentibus et fatuis esse perhibetur. Sunt namque plerique continentes. qui ab exteriori se appetitu custodiunt. et spe ad interiora rapiuntur. carnem macerant. et toto desiderio ad supernam patriam anhelant. eterna premia expetunt. pro laboribus suis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloriam suam non in ore hominum ponunt. sed intra conscientiam contegunt. Et sunt plerique qui corpus per abstinentiam affligunt. sed de ipsa sua abstinentia humanos fauores expetunt. doctrine inseruiunt. indigentibus